



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

An obstricti debitibus, & ratiociniis reddendis suscipere habitum religiosum  
possint. §. 4.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

nouitium, & consequenter ut legius sit; & ab Ecclesia ut talis acceptetur; alias si sola iniustitia, & turpitudine in his actibus reperta praestaret nullitatem, neque matrimonium, neque professio illicite facta valida essent, quod est absurdum.

§. IV.

An obstricti debitis, & ratiociniis reddendis suscipere habitum religiosum possint?

S V M M A R I V M.

- Si bona non habere, neque spes habere, ex quibus satisfaciendas creditur, potest religionem ingredi.
  - Idem est si debitis sunt incertae.
  - Si brevis tempore speras manens in faculo satisfactum, non potes religionem ingredi.
  - Si ultra biennium, vel triennium, speras satisfactum, et nos antea absque graui difficultate. Aliqui negant se posse religione ingredi.
  - Alij oportunitatem consent.
  - Approbatur haec sententia in debitibus prouenientibus ex liberali tua promissione.
  - Prima sententia approbatur in debitibus ortis ex delicto, vel ex contrahendo onerofo.
  - Si haec obligatione non obstante professionem feceris, nec tenetur Prelatus concedere licentiam ut propriis manus labores pro satisfactione exhibenda, neque data licentia, teneria illa vivi.
  - Obligatus à ratiocinio impeditur à religionis ingressu, dum non satisfacit.
  - Quid de his dicendum sit spectata constitutione Sixti V. & Clement. VIII.

**I.** *A*liqua sunt in hac questione certa, alia sub opinione. **P**rimò certum est te posse religionem ingredi, si neque habeas bona, unde creditoribus satisfacias, neque speras probabiliter haberes quia tunc censeris ab solleitu impotens. Sic tradunt omnes Doctores in discursu referendi.

Secundò est certum, si debita sunt incerta, (hoc est si nulli determinato debita sunt, sed sunt pauperibus, vel plus operibus reliquienda) te posse religionem ingredi, tametsi brevi tempore spes habituum bona, quibus integrè satificas. Nam cum habe obligatio non tam iustitiam, quam pietatem spectat iure Ecclesiastico potius quam naturali exercendam, abundè videtur impleri, si te tuaque omnia religioni tradas. Quid enim maius pium excogitari potest? Sic Arag. 2. z. q. 8. ari. 12. circa solut. ad 1. Man. Rodrig. tom. 3. q. regul. 9.10. art. 9. notab. 1. Sanch. lib. 4. lüm. cap. 19. n. 4. Suar. tom. 3. de Relig. L. 5. c. 7. n. 1. Limitat autem Sancti. Hanc doctrinam, ut procedat in debitis nomine proprio; non in alieno. Si enim (inquit) acciperes à Petro quantitatem pecunia pueribus, vel plus operibus restituendam, illamque confameres, non posses religionem ingredi, si brevi tempore spes habituum, unde satificares. Quia illud debet um est debitum iustitia & certa personæ debitum nempe Petro, cuius voluntatem accipiendo pecuniam, tacite obligatus fuisti adimplere. At hoc limitatio mibi non probatur: in enim Petrus, qui nomine proprio incerta debet, non impeditur ob id debitum, à religionis ingressu, neque tu impediendus es quippe qui camdem, quam Petrus habeat, suscepisti obligationem; ipse enim eam in transfluit traditione pecunia.

3. Tertiū certum esse debet ( est ab aliquibus negetur ) si breui tempore in saeculo detentus speras satisfactum creditoribus, vel ex fructibus aliquius officij, vel beneficij vel ex acquisitis arte, & industria tuo statu accommodatis, ut obligatum esse susceptionem habitus differre, si interim graue, & extraordinarium periodum committendit aliquo peccatum mortale tibi non immineat: Sic docent explices Nauarr, *comment. de Reg. n.8. ratione 6.* Et *sicut ad 4. Azor. i. p. 12. infit. mor. c. 1. q. 5.* Petrus. Nauarr. l. 4. de restitu. c. 4. difficult. vlt. n. 7. 19. *Sanch. l. 4. f. 1. c. 4. 19. n. 8. Sanc. l. 3. de Relig. l. 5. c. 1. n. 2.* Lessi. l. 2. c. 41. dub. n. 32. Ratio est; quia absolute censoris potens ad satisfaciendum, cum abique grati difficultate, & breui tempore id facere possit. Neque aquitas iustitia patitur obsequenda consilia creditoribus grauter praejudicare, & praceipiti naturalis restituendi, obligationem omittere. Quod si roges quod tempus bene reputandum sit, vt teneatis religionem differre, si intra illud speras debitum, vel illius notabiliter quantitatem solvere; Placet sententia Sanch. *dido. c. 19. n. 8.* Biennium esse, vel ad unumnum triennium, vt placet Maiori, & Nauarr. ab eodem Sanch. allegatis.

4. Difficultas ergo est; an possis religionem ingredi si ultra biennium, vel triennium manens in seculo, & non ante absque notabilis difficultate speras debitum graue solvere? Negat Valent. 2. 2. disp. 5. qna<sup>s</sup>. 6. punct. 7. vcl. praefer huc.

Ioan. Met. *Col. de refutatis* q. 3. tota causa 8. Corbon. *de refutis* q. 85. dub. 3. Suar. tom. 3. de Relig. lib. c. 7. n. 12. Probaruntq[ue] praeceptorum omittenda non est ab opus consilij, & perditionis causa est religione ingressus. At dum s[ic] s[ic] moraliter habes satisfaciendi etiam ad longum tempus exercitam, obligacione praecepti naturalius attringeris. Ergo contrarie illam non potes ob ingressum religionis qui est opus consilij. Quid si dicas te omittere illius obligationem non ob ingressum religionis vicinum, sed quia longo tempore diffusus tibi granter datumcos est, quippe priuat continuo virtutum exercitio, & animum exponit periculo lethaliiter peccandi, & desponsati a bono proposito? Obstat; quia illud dammum non est in tebus acquisitis, sed acquirendis sed fadum in acquirendis bonis spiritualibus supererogationis excusare non potest a praeceptorum observatione. Alias postea excusari manens in scelulo à restitutione facienda si velles Xenodochio inferire, & oratione, contemplatione iustitiae vacare, quod nullatenus est admittendum quia aquitas iustitiae non permitit te bonis spiritualibus locupletari cum praecidio tertii. Si autem dicas id esse speciale religionis priuilegium, debebas aliquo iure vel ratione firma fundare. Cum ergo id facere non possis conuinceris obligatus esse in scelulo manente si sic maneat speras etiam post longum tempus creditoribus satisfacieare.

5. Alij grauissimi Doctores ferunt te posse cedendo bonis statim religionem ingredi. Sic expreſſis D. Thom. 1. 2. 1. 183, art. 6. ad. 9. cito alij in contrarium concurrent explicare Ciceron. sibi Siluest. verbo religio quisq[ue]. Arg. 2. 1. 9. 62. 4. 8. in casu 3. Eman. Sā verb. religio n. 1. & alij piaces relata ē Añ. 4. 1. 19. 1. 14. 1. 19. 17. Neque limitata ad longum tempus, sed absolute pronunciant te posse statim ingredi religionem, si invenias bona, que habes, ut ex illis creditoribus quadruplē fieri possit, sicut fatis: Et probabile reputat Lessi. l. 2. 1. 4. dub. 3. 1. 1. 16. 2. edit. Mouentur, quia debitis foliudis non attingere personam in se, sed in bonis. Ergo si bonis cedis, perfonam religioni tradere poteris. Deinde satifacio, quia non nisi cum magna difficultate, vel longo tempore expectato, & cum decimato spiritualis salutis fieri potest, crenenda est moraliter impossibili, sed talis esse videtur que indigit longa tempore legatum religionis differre. Ergo non obligat.

6. In hac re dicendum est, si debita orta sunt ex liberalitate tua promissione; et quod Petrus promiseris aliquam pecuniam quantitatem, vel aliquo obsequio, non es obligatus illum tempus ad sui executionem expectare, sed statim poset ad religiosam transire co omisso: quia omnes haec liberales promissiones tacitam imbibunt conditionem, nisi ad maiorem vitam frugifer feceris transiit. Si enim proponitur matrimonium, que omnium, que in favore hominum fieri possunt fauorabilior est, hanc imbibit conditionem, a fortiori tam imbibilibus reliqua. Et ita docet Silvestrus, verbo relig. 2. q. 4, fuit, & q. 5. Azor 1. p. 4. 12. in fest. mor. c. t. q. 4. M. Medina de ceth. 2. t. 3. c. 4. & 4. Sanch. plures referunt. f. c. 19. n. 51. & 5. Suar. tom. j. de Relig. l. 6. cat. 7. num. 12.

7. Verum si debitis ex delicto, vel ex contractu oneris  
orum habuerint, veritis exstimo cum Doctoribus prime  
sententiae impedit religiosum ingressum quicunque ipsi adest  
satisfactionis etiam post biennium. Monet tamen rationibus  
ibidem adductis. Tunc quia eximia ab ingressu religiosum ab  
obligatione satisfaciendi creditoribus non potest, sed vel ex  
privilegiis religiosi concele, vel quia recipi, & nocibiliter  
loquendo censeri impotens. Sed in illum et primitivum con-  
cessum religiosum exclusum a debitorum solutione ob illius in-  
gressum, vr docent expressis Petr. Nauarr. l. 4. de ref. c. 12. qd.  
est. vñ. n. 79. Sanch. d. c. 19. n. 8. post medium. Neque enim est ex  
folum, quod quadriennio, vel quinquennio differatur solutionis  
alias probata statim hac necessaria dilatatio excusari possit a  
debitorum solutione; tamen si religionem non ingredierit,  
quod nullus conceder. Neque item confenda est ex decimorum  
quod patris omitendo, religionis fructus, quos illo tempore  
consequi posles religionem intrando; quia hoc est determina-  
tum in bonis non necessariis, sed liberis, non de praepositi sed  
de consilio, non acquisitis, sed acquirendis. Si enim determina-  
tum in his bonis moralem impotentiam ipso iure constitueret,  
dilatio vnius anni religionis illam constitueret, cum eo tem-  
pore non modici fructus spiritualis obninet possent. Item  
non sola religionis dilatio, sed dilatio vite Ecclesiastice, vel  
continui in Xenodochio obliequit hanc moralem impotentiam  
constitueret, quod credo nullus audebit concedere. Ignorux  
nullo capite excusari potes, Deinde ipse Sanch. d. c. 18.  
n. 8. Fatur et hec si intra biennium potes notabilem qualita-  
tem debiti solvere, te non posse religionem ingredi. Ponamus  
ergo intra sequens biennium aliam notabilem quantitatem te  
solvere posse, & tertio biennio integrè debito facilius. Nec  
quia ratione in luiu[m]d[em] calu posset religionem ingredi.  
Nam qua parte obligans fausti illo primo biennio expe-  
stante ob folendum illam notabilem quantitatem, videlicet  
obligandus secundu[m], & tertio biennio. Ergo debitur

quod intra quinquennium, vel sexenium soli potest, non praefat facultatem religionem ingrediendi. Quocirca vel dicendum est, nullam esse obligationem spectandi, neque uno mente, sed dimisib[us] bonis te posse statim religionem ingredi, vel esse obligationem expectandi quadriennio & sexennio, si intra illud tempus debito fieri potest satis. Et hoc mihi magis probatur.

8. Quod si contempta hac obligatione religionem professus es, alii qui Doctores existimant, te obligatum esse manibus laborare, vel alia via decenti bona acquirere, quibus posses creditoribus satisfacere, ipsiusque religionis Prælatum obligatum esse licentiam concedere, tametsi non ad deferendum Habitum neque, ad videndum evenire claustra Suar. tom. 3. de Relig. lib. 6. cap. 10. n. 7. Sed verius existimo neque Prælatum obligatum esse hanc licentiam concedere, neque te illa vti. Quia non creditorum, sed religionis es, & professione facta cum cessione bonorum debita extinxisti: Sic Sylvestr. relig. 1. q. 4. Sanch. pluribus relatis l. 4. sum. c. 19. n. 14. Lessius lib. 2. c. 41. dub. 3. n. 31. Cenfet nullatenus monasteriorum obligari nisi quatenus datus factum est.

P. Denique obligatus ad ratiocinia publica seu République spectato iure antiquo impeditus erat religionis ingressu, quovisque rationem reddere; fecis obligatus ad priuatorum ratiocinia: Haberit, cap. unico de obligatis ad ratiocinia. & c. legem 35. distinet. & leg. officiales. C. de Episc. & Cleric. Et tradit Sylvestr. verbo relig. 2. q. 6. Sanch. lib. 4. cap. 19. n. 19. At credo utrumque impedimentum esse à religionis ingredi. Quia extra religionem facile satisficeri potest, intra difficile, cum frequenter ex his ratiocinis lites, & turbations oriuntur: Sic Lessius lib. 4. c. 41. dub. 3. n. 33.

18. Hucusque egimus quid ex natura rei, seu spectato iure antiquo fieri oporteat, videamus quid spectatis constitutio[n]ibus Sixti V. & Clem. VIII. Nam Sextus V. in sua constitutio[n]e edita 3587. inhabiles non solum ad professionem, sed etiam ad habitus suscep[t]ionem constituit illegitimos, criminolos, & ingenti ære alieno grauatos, & ratiociniis reddendis obstrictos; que constitutio quod inabilitatem, seu nullitatem habitus, & professionis Clement. VIII. reuocauit. Quoad pa[n]nas autem tam ingrediens, quam recipiens ibidem positas, & quoad ingressum in sua vi, & firmitate reliquit. Gregor vero XIV. prorsus futilit quod de illegitimis Sextus disposerat, & ad ius commune reduxit. Solum ibi cauerit, ne illegitimus in religionem recipiat, in qua pater eius superest sit. Exclusi igitur Sextus V. à religione criminolos non quo[m]unque, sed qui furtar, latrocina, rapinas, homicidia, aliave facinora patratur, timenter ob ea puniendis esse, & vt punitionem effugiant, ad religionem confugiunt. Debent ergo delicta esse publica, non occulta. Nam ob occulta delicta punitia non timetur, & non utrumque publica debent esse, sed de quibus specialis inquisitio facta est, neque reus absolvitur est, vel punitus: nam stante absolusione delictum manet occultum, stante punitione fini constitutio[n]is est satisfactum, & consequenter poterit religionem ingredi. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 7. n. 15. Deinde exclusit a religione ingeni ære alieno grauatos, qui culpa sua in impotenciam satisfaciendi deuenierunt, si tamen spem habent aliquando satisfaciendi, constat ex illis verbis. Multi Doctores post dilapidatam rem familiarem. Quare si absque sua culpa supervires debitis grauati sunt, et breui tempore expectasti satisfacere possint, non comprehenduntur in hac constitutio[n]e tametsi iure natura à religione impedianter, ut dictum est. Tandem exclusit obnoxios ratiociniis reddendis, sive publicis, sive priuatis: illos tamen quibus ex huiusmodi causa, vel molestia eis iam illata est, vel timendum sit, ne infestatur. Nam si absque lite, illibue grauamine aut distinctione creditor rationes reddi posse, optimè possunt religionem ingredi. Sed haec non debent faciliter praesumiri.

## §. V.

Qualiter filius ob parentum, vel fratrum necessitatem, vel è contra parentes ob filij necessitatem à religione impedianter.

## S V M M A R I V M.

1. Triples necessitas distinguuntur.
  2. Si necessitas sit extrema, & in seculo manens potest subvenire, è contra in religione, nequis ingressus filius.
  3. An hoc obligatio extendatur ad nepotem comparatione avi, & ad fratres inter se? Negat Suar.
  4. Contrarium etiam comparatione cuiuslibet proximi à communis sententia defenditur.
  5. Necessitas graui obligat filium religionis ingressum differe.
  6. Procedit, tametsi filius religionis votum emisisset.
- Ferd. à Castro Sum. Mor. Pars II. I.

7. Apponitur limitatio, nisi filius spirituale salutis periculum habeat, qualiterque hoc sibi intelligendum.
8. Quid si parentis filium ad peccatum induceret?
9. Quid à viro grauem necessitatem pateretur, & filius unus ad malum provocaret.
10. Que dicta sunt, procedunt, tametsi filius voto religionis suscipienda legatis esset.
11. Que dicuntur de filio comparatione parentis dicenda sunt de parente comparatione filii.
12. Ob necessitatem fratrum, aliorumque consanguineorum non teneris religione differre.
13. Si voto religionis obstrictus sis pro determinato tempore, non potes differre ob hanc fratrum necessitatem propria austoritate, bene autoritate Prelati.
14. Necessestas communis non praefat filio comparatione parentis impedimentum religionis ingressus.

1. T riplex necessitas distinguenda est ( vi distinximus tract. 6. de charit. disp. 2. de elemos. punct. 2.) alia extrema, alia grauis, alia communis. Extrema est, in qua si non succurras, vita proximi pericitatur. Grauus quando abfque grau difficultate, & labore sustentari non potest, ad quod reducitur, si cadens à suo statu cogatur mendicare, vel famulari, vel officium aliquod indecorum exercere. Communis est, quando non alias necessitates, quam communes, & frequentes patitur.

2. Si necessitas extrema parentis adsit, & filius in secundo manens subvenire potest, non autem religionem ingrediens obligatus est religionis ingressum omittere. Et id est à fortiori de parente comparatione filii. Secundus vero si in seculo manens subvenire non possit, vel possit religionem ingrediens. Est omnium sententia: Quia præceptum charitatis, & pietatis in nullo alio casu stricte obligare potest, & in hoc sensu dixit Christus. Matth. 9. misericordiam volo, & non sacrificium. Dixi si in seculo manens subvenire potest, non autem religionem ingrediens. Nam si manens in seculo subvenire non potest, fructu ibi manet. Si vero religionem ingrediens subvenire potest, tum cessione bonorum, tum amitorum auxilio, & donatione, tum alia via nequam obligatur à religione abstinere; quia iam religio non est impedimentum satisfaciendi supradictæ naturali obligationi.

3. Difficultas est: an hec obligatio extendatur ad nepotem comparatione avi, & ad fratres inter se quatenus tales sunt? Negat Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 5. n. 8. Neque in fauorem sui authorem adducit. Moutetur quia Doctores singulariter de parente comparatione filii, & de filio comparatione parentis loquuntur, quippe qui obligantur suas actiones; cum necessitas virga in filii adiutorium expendere. At non videtur obligati comparatione aliorum consanguineorum. Deinde quia iuri probabiliter est ob subveniendum proximi etiam consanguinei extremæ necessitati neminem obligari bona querere, procurare, pricipue si studio & diligentia non mediocri querenda sunt, ut latens illa disp. 2. de elemosynas. punct. 2. dixi. Ergo neque obligandus est illa quæcumque, procurare cum detrimento sua spiritualis salutis, quale in omitendo religione per longum tempus reperitur. Limitat autem & bene Suarez suam sententiam, vt non procedat quando brevi spatio & per brevem, & facilem actionem, & occupationem subveniri proximo extremè indigenti potest. Quia eo casu charitas virget non solum consanguineo, sed etiam cui libet extraneo auxilium præbeat.

4. Ceterum video Doctores generaliter asserte ob necessitatē extremam cuiuslibet proximi religionis ingressum differendum esse, & post ingressum egrediendum, vt videtur est apud Sanch. lib. 4. c. 20. n. 14. & 28. Lessius lib. 2. c. 41. dub. 3. n. 34. in fine Layman. lib. 4. Theolog. moral. tract. 5. cap. 6. num. 12. Valent. 2. 2. disp. 7. q. 1. punct. 2. verf. 1. certum D. Thom. q. 101. art. 4. & ibi Calet. & alios pricipue à Sanchi. relatios. Ratio est, quia necessitatē extremam diuturno tempore durare impossibile appetit: alia proximus non est in extremis seu in proximo vitæ periculo. Ergo non indiger at sibi remedium longa religionis dilatione. Breuum autem omnes Doctores admittunt, & ipse Suar. Ergo stante necessitate extrema cuiuslibet proximi, cui dilatione religionis subveniri potest, ingressus differendum est. Præterea legi charitatis, & misericordiae teneris cuiuslibet proximo in extremis constituto succurrere, si absque graui iactura rei familiaris tibi necessaria, vel absque graui alia, & notabili difficultate id præstatere potes; sed quoties dilatione religionis tantum necessitatē extrema subvenitur, præfas absque tua graui iactura, & detimento. Nam esto omittas co tempore religionis statum, illius fructus compensas necessitatē extremæ succursu tanatae charitatis exercitio. Ergo necessariō ingressus religionis differendum est. Fatoe tamen, si ad succurrendum proximā necessitatē extremā, opus tibi esset non solum religionis ingressum differentes mendicare, vel officium aliquod exercere, quo à tuo statu caderes, non obligari, in quo Suar. assentior.